



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 141. Comminæi defectio a Burgundo ad Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV jonenſis urbis Præfectura; eidem quo-  
A.C. 1472. que Rex Montargiensis Provinciæ Recto-  
rem constituit, aliasque in Aquitannia di-  
gnitates concessit. Nec minus amplum  
laboris sui præmium accepit Effartius;  
hic enim præter quatuor nummum millia,  
ac mille ducentas libras in pensionem  
datas, etiam Meldenſis Prætor, ac flu-  
minum & nemorum supremus in Francia  
Præfectus renuntiatus est. Pactis utrin-  
que firmatis Britanniæ Dux sincera fide  
pollicitus est, se a Burgundi partibus de-  
fectorum. Ludovicus Rex his necdum  
contentus, Philippum quoque Commi-  
næum, qui inter Aulicos ejus dexteritate  
nemini secundus erat, a Burgundiæ Du-  
cis fide atque obsequio abstraxit.

## §. CXLI.

*Comminæi defectio a Burgundo  
ad Regem.*

Qua occasione Comminæus hoc anno  
Commin. l. 3.  
cap. 11. edit. xerit, ignoratur; id tamen certum est,  
ann. 1723.  
tom. 3. p. 469. quod Comminæus tanta nominis sui fa-  
ma inclarerit, ut omnes ferme Europæ  
Principes ejus opera, consortiove uti  
certatim expeterent. Nullum Virum  
animi celsitudine, ac morum probitate  
majorem ulla hucusque ætas tulit. Emi-  
nuit in fano civilis Prudentiæ usu, cuius  
præ-

præcepta cum omnibus Christianæ fidei Sæcul. XV.  
 regulis adeo felici copulabat vinculo, ut A.C. 1472.  
 neutrius leges unquam vi<sup>z</sup>lasset. Flan-  
 driæ Historici cauſas, quæ Comminæum  
 ad defectionem impulſſent, conjectura  
 asſequi conantur, ſed haud alias licet  
 plures in medium proferant, quam quæ  
 calumniam redolent. Ceterum ea in re  
 vero magis simile videtur, quod Commi-  
 næus, cum probe cognosceret, quod  
 Burgundus periculis Aulicorum confi-  
 liis impulsus ruinæ ſuæ proximus ap-  
 propinquaret, Principis ſui obsequium  
 deferere statuerit, priusquam ille ulti-  
 mum exitium experiretur, ut calumniam  
 effugeret eorum, qui Ducem eo auctore  
 in calamitates, quæ eidem jam tum im-  
 minebant, prolapsum fuiffe criminari poſ-  
 ſent. Ludovicus autem, cum ſe Com-  
 minæi opera a Burgundi Ducis manibus  
 liberatum fuiffe optime noſſet, tanti be-  
 neficii ſibi Peronnæ præſtitī memor, il-  
 lum haud vulgaribus beneficiis cumulavit.

### §. CXLII.

#### *Beneficia Regis in Comminæum.*

Præprimis Ludovicus Rex Comminæ-  
 um ſibi a cubiculo eſſe voluit, dein  
 non raro regiæ mensæ convivam adhi-  
 buit, ſemperque intimum arcanorum ar-  
 bitrum, ac in omnibus confiliarium ha-  
 E e 3 bebat,